Actum in Castro Premisliensi, Feria Sexta post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 3/I 1670

Jaminski Popiela Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliens. Generosus Paulus Jaminski Camerarius Terris Sanocens. sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus aliisque Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentibus vero Castrens. Capitli Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporans atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Elian Popiel eiusque Posteros de Causa et Actione Judiciaria infratta per se Reghtero praedicto Generoso Popiel primum ad Officium praesens, et per Appellationem ad Judicium Tribunalis Regni Lublinens. devoluta tum de protestatione Certa coram Officio praesenti facta, idque ratione Atus Andreae Lopuszanski famuli sui Reghtero tempore in protestatione et processu Causae specificati Conuulnerationis Condauciationis Equi cum Ephippio et aliis Rebus violentae receptionis instituta atque de Decretis quibusvis tum Castrens. quam Tribunali et poena Banitionis perpetua, cum eius publicatione, obtentam, ob praestitam sibi per ipsos omnibus plenariam et sufficientem Satisfactionem Quietat emittit, dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat praetensionem Causam et Actionem praefatam poenam Banitionis perpetuae eo nomine obtentam cum eius publicatione ac

processum, iudicii cassat, mortificat et annihilat presens. Sibi et suis posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Krzeminski Chmielowskie, Truskolawskie et alios Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Premisliensibus Nobilis Stephanus Krzeminski, olim Nobilis Andreas Krzeminski frater germanus. Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Suisque Iurisdictionibus suis quibusuis ... et competentibus recedendo praesens vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac peremptorie recognouit. Quia ipse suo et Nobilis Iwani Krzeminski fratris sui germani, ... ratihabitione cauet ac se praesentibus inscribit nomine: Generosos Florianum Chmielowski, et Annam Trzesnika coniuges Legitimos Principales, Felicianum Truskolaski et Chmielowska itidem coniuges Legitimos comprincipales Stanislaum Chmielowski eorumque posteros de Causa et Actione iudiciali infratta per se sequentem ... fratrem suum eisdem Inculpatis et alijs, cum quibus salua reseruatur Actio ad Officium praesens Castrense Capitaneatus Premisliense ratione ipsorum aliosque eorum asseclas eiusdem olim Nobilis Andreas Krzeminski fratris sui germani per praefatos Generosos Chmielowskie ad Curiam suam mansionis suae inuitati sine ulla causa et occasione vi et violenter impetitionis, atque ex bombarda longioris traiectionis et crudeliter interemptionis. Rerumque permultarum in processu causae specificatarum receptionis, instituta et

intentata